TIT. XXXVII.
DE QUADRIENNII [1] PRÆSCRIPTIONE.

Contra fiscum præscribitur quadriennio continuo.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Orphitum P. V.

NOtum est, a fisco quæstionem post quadriennium [continuum] super bonis vacantibus [2] inchoandam non esse. Additum est & eos, qui nostra largitate [3] nituntur, nulla inquietudine lacessendos: nec his a fisco nostro controversiam commovendam, qui quoquo modo, aut titulo easdem res possederint.

Qui rem alienam emit a fisco illam vendente ut propriam, vel qui eam consecutus est a principe, ut fiscalem, non potest a domino, nec ab aliis jus in re prætendentibus, inquietari. Salic.

2. Imp. ZENO [4] A. Æneæ Comiti rerum privatarum.

OMnes [5], qui quascunque res mobiles, vel immobiles, seu se [6] moventes, vel in actionibus, aut quocunque jure constitutas, a sacratissimo ærario [7] comparaverint [8]: eos quin etiam quibuscunque res mobiles, seu immobiles, seu se moventes, aut in actionibus, vel quocunque jure constitutæ, munificentiæ [9] principalis nomine datæ fuerint, omnibus pariter privilegiis quæ ex divinis sanctionibus inclytæ recordationis Leonis, & nostræ pietatis super certis patrimoniis antea emptores consecuti sunt, perpotiri [sancimus:] & ita cunctos hujusmodi beneficiis, seu privilegiis perfrui, tanquam si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc, vel postea data fuisset hujusmodi dispositio: nec [10] posse contra emptores prædictarum rerum factos jam, [vel futuros,] vel contra eos quibus super hujusmodi rebus largitas nostra delata est, vel fuerit, aliquas actiones in rem [11], dominii, vel hypothecæ [12] gratia, vel in personam [13] civiles, seu prætorias, vel ex legibus, seu sacratissimis constitutionibus descendentes, vel quaslibet alias (licet [14] nominatim præsenti sanctione non sint comprehensæ) moveri: data volentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum ærarium, si quas sibi competere actiones existimant, exercere: ita tamen, ut post elapsum quadriennium, nec [15] sacratissimum fiscum licere sibimet quibuslibet actionibus pulsare cognoscant.

Si officialis fisci vendens confiteatur sibi pretium esse numeratum, perpetuo est securus emptor.

§. 1. Ad hæc fiscalium rerum emptoribus cum ratione justitiæ consulentes jubemus, quoties competens scrinium [16] gestis intervenientibus disttractarum rerum pretia sese deposuerit suscepisse, minime post hujusmodi solutæ pecuniæ depositionem emptores, quasi non numeratis pecuniis molestari, vel necessitatem iisdem emptoribus imponi (licet non solennem consecuti fuerint securitatem) soluta fuisse pretia probare. Sed cum sit in arbitrio pretia suscipientis minime deponere, sese, quod non acceperit, suscepisse: ita convenit nec emptores plenissimam ex hujusmodi depositione super pretii solutione securitatem consecutos, ullum (sicut dictum est) ulterius probationis gravamen penitus formidare.

Fiscus, vel procurator Cæsaris non tenetur de evictione promittere. Salic.

3. Imp. JUSTINIANUS [17] A. Floro Comiti rerum privatarum, & Curatori dominicæ [18] domus, & Petro viro illustri Curatori divinæ domus serenissimæ Augustæ, & Macedonio viro illustri Curatori & ipsi dominicæ domus [serenissimæ Augustæ].

BEne a Zenone [19] divæ memoriæ fiscalibus [20] alienationibus prospectum est [21], ne [22] homines, qui ex nostro ærario donationis, vel emptionis, vel cujuslibet alienationis titulo quicquam accipiunt, si quid circa contractum contrarium emerserit, vel evictionis, vel alterius inquietudinis gratia, ad dominium, vel hypothecam respiciens, aliquod sustineant detrimentum, sed adversus emptores quidem, vel donationem accipientes, vel per alios titulos alienationis quicquam detinentes minime quæcunque actiones moveantur: sed tantummodo contra ærarium usque ad quadriennium tantum: quo translapso, neque adversus fiscum aliqua remaneat actio. Sed scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus gnaviter observari: sed non simili modo rem fuisse observatam circa eas res, quæ a sacratissimis Imperatoribus [23], non a fiscalibus rebus, sed ex privata [24] corum substantia procedunt: quod satis irrationabile est. Quæ enim differentia introducitur, cum [25] omnia Principis esse intelligantur, sive ex sua substantia, sive ex fiscali fuerit aliquid alienatum? Eodemque modo, & si a serenissima Augusta [26] aliquid alienetur, quare non eadem [27] utatur prærogativa? sed Curatores nostri, per quos solemus substantiam nostram gubernare, necesse habeant in venditionibus rerum, & evictionem [28], & alia, quæ sunt privatæ utilitatis pacta, emptionalibus instrumentis addere, vel quasdam tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere, vel in permutationibus, vel in transactionibus, si & hoc fuerit celebratum: hoc enim est eorum, qui nec majestatem Imperialem agnoscunt, nec quantum inter [29] privatam fortunam, & regale culmen medium est, & qui nostros Curatores, per quos res divinarum domuum aguntur, aliquibus injuriis, vel damnis afficere conantur. Quæ omnia resecantes, per hanc generalem, & in perpetuum valituram legem sancimus [30], omnes alienationes de aula præcedentes, sive a nostra clementia, sive a serenissima Augusta conjuge nostra, sive ab his, qui postea digni fuerint nomine imperiali, sive jam alienatum quiddam est, sive postea fuerit, sine omni inquietudine permanere, sive res eis per nosmetipsos, sive per procuratores (ex epistalmate [31] tamen nostro) fuerint adsignatæ. Et nemo audeat eos, qui res accipiunt per quemcunque titulum alienationis, sive mobiles, sive immobiles, seu se [32] moventes, vel jura incorporalia, vel panes [33] civiles, judiciis adficere, vel sperare aliquam contra eos esse sibi viam apertam: sed omnis aditus præcludatur, omnis motus, & spes hujus petulantiæ. Sed adversus domos nostras habeant intra quadriennium tantum secundum imitationem fisci, quas existimant posse sibi competere actiones in rem, vel hypothecariam: ut ex nostra jussione [34] causa moveatur, & competentem mereatur effectum. Quod si quadriennium fuerit emensum; nec adversus domum nostram habeat quis quamcunque actionem. Quin igitur multa scimus, tam nosmetipsos, quam serenissimam Augustam conjugem nostram variis personis jam donasse, & vendidisse, & per alios titulos adsignasse, & maxime [35] sacrosanctis Ecclesiis, & xenonibus, & ptochotrophis, & episcopis, & monachis, & aliis innumerabilibus personis: & eandem liberalitatem ex nostra substantia, sive serenissimæ conjugis nostræ esse confectam: sancimus etiam eos firmo jure habere quod confecuti sunt; ita ut contra illos quidem nulla moveatur actio: intra quadriennium autem ex præsenti die numerandum pateat omnibus aditus contra nostras divinas domus suas actiones [super eisdem rebus movere: scituris, quod præfato quadriennio finito, neque adversus domos nostras aliquis eis refervetur regressus. Cum enim multa privilegia Augusta fortuna meruit [36], & in donationibus [37] sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus, & super rebus, quas pro tempore serenissimus Princeps divinæ Augustæ constante [38] matrimonio donaverit, vel ipse a serenissima Augusta per donationis titulum consequatur, ut maneat illico donatio plena, nullo alio confirmationis tempore expectando: ita & hoc videatur imperiale esse privilegium. Qui enim [39] suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctesque laborant, quare non habeant dignam sua prærogativa fortunam? Quæ ergo pro Augusto honore, & cautela res accipientium nostra statuit æternitas, hæc tam sublimitas tua quam cæteri omnes judices nostri observare festinent, ex eo tempore valitura quo nutu divino imperiales suscepimus infulas. Dat. 5. Kalend. Decembr. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXVIII.
NE REI DOMINICÆ [40] VEL TEMPLORUM [41] VINDICATIO TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE SUBMOVEATUR.

Servi, liberti, vel coloni principis, & eorum soboles indebite ad aliquam dignitatem obrepentes, ad statum pristinum debent retrahi omni præscriptione semota. Salic.

1. Impp. VALENS & VALENTIN. AA. ad Probum P. P. Galliæ.

SÆpenumero præceptum est, ut servi [42] atque liberti, colonique præterea rei nostræ, necnon etiam eorum soboles, ac nepotes, quicunque de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diversa militiæ genera contulissent: cingulo, in quod obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, nostro patrimonio reddantur.

1 50. *Eclog.* 13. vide Cujac. *c.* 23. *de præsc.* & 5. *obs.* 30. 2 Vacantium bonorum perfectionem fiscus quadriennali silentio amittit, *ut hic. & l.* 6. § 7. *ff. si quis omiss. caus. l.* 18. *ff. de usurpat. l.* 10. *ff. de adverf. temp. præsc. l.* 1. § 2. *ff. de par. fisc.* Præcipitur ut quadriennio rem fisci adversus ipsum fiscum. Rem fisci, pata res vacantes quæ Græcis πράγματα σχολάζοντα. *Synopf.* 50. *tit.* 13. *c.* 1. 3 Vacantia bona qui ex beneficio principis promeriti sunt, statim domini fiunt & fecuri adversus fiscum, *Eccl. d. loco.* 4 Hujus constitutionis meminit Justinianus § 13. *verf. constituto autem de eo memoria Zenonis. Inst. de usucap. auctor. Synopf.* 19. *tit.* 23. *c.* 5. 5 Intellectum hujus & seq. leg. vid. apud Nostad. *decis. Cur. Holland.* 15. Anf. 6 Vid. *l.* 93. *ff. de verb. sign.* 7 De his qui emunt a fisco, agitur hac lege, ut & sequenti de his qui emunt ab Augusto, vel principe, ejusve procuratoribus. 8 Pars major hujus constitutionis est de eo, qui rem alienam a fisco emit. 9 Si cui res aliena a fisco fuerit donata. 10 Qui rem alienam a fisco comparat, aut quovis alio titulo habet, statim securus est adversus dominium, vel creditorem hypothecarium. Olim necessaria erat et præscriptio quinquennii ex edicto divi Marci, ut *l.* 3. § *f. adverf. fisc.* 3. Harmenop. 3. §. 95. *Synopf. illo c.* 5. dabatur quoque utilis actio. *l.* 13. §. 9. *ff. de pet. hered.* At enim dices etiam hodie emptores convenirri. *l.* 13. *de lor. vel actione vend.* Quidam putant hic præcribi adversus dominium & hypothecarias actiones, non adversus res alienum. Putarim dictam legem primam abrogari. Nam si hic præcribuntur hypothecariæ, ex alienum utique præcribitur. Quid enim aliud hypothecarii creditoris perfectio, quam aeris alienii actio? Quid fiscus? mox dicetur. 11 Actio in rem dominium, vel hypothecam persequitur. 12 Serviana. §. *ult. Inst.* & ibi Theoph. *de usuc.* 13 Actiones in personam sunt, vel civiles, vel prætoriæ, vel ex legibus vel constitutionibus descendunt. 14 Vid. Cujac. 10. *obf.* 12. 15 Post quadriennium quam fiscus rem alienam distraxit, vel donavit, dominis & creditoribus in fiscum denegatur actio. 16 Conscrinio procuratoris Fisci inter scripturas, statim Fisco præindicat. 17 §. *ult. verf. Nostra autem constitutio. Inst. de usuc.* 18 Principis ex domo, vel ejus privata substantia, ex dominicis denique ejus rebus si quid alienabatur, id debat per comitem rerum privatarum & curatorem Dominicæ domus: habebat & Augusta curatorem divinæ seu dominicæ domus sue & quidem illustrem, *ut hic.* quod notandum. 19 *l.* 2. § *ult. h. t.* 20 Pertinet enim dicta lex 2. ad factas a Fisco alienationes. 21 Vid. Zoannetum *rerum quotid. c.* 27. Bartholomæum de Lus. Casas *in tract. t. An Principes subditas a regia corona alienare possint.* § 3. Mod. 22 Emptori auferri non potest res aliena ei a Principe vel Fisco vendita, *ut hic.* Quid si Princeps inferior & superiorem recognoscens quid vendidit? aliud dicendum, nisi in territorio suo Regalia & jura Fiscalia exerceat: multo magis si superiorem non agnoscit & jura Regalia & Fiscalia possidet a tempore, cujus memoria non extiet, *c. super* 26. *Ext. de verb. sign.* Quid si princeps mala fide vendidit: veluti sciens res alienam esse? superiorem tententiam locum habere non putat Burt. *in l. ult. t.* § *ultimo jus*: ut & quoties res Ecclesiæ, vel minoris vendita est a fisco: his enim casibus minores & Ecclesias restitui. *Gloss.* 12. *quæst.* 2. *c. quæsitum. l.* 1. § *ff. adverf. fisc.* Idem putant Princeps alienavit, nondum tamen rem tradidit. Bald. *in c.* 1. *in fin. de nova forma feudorum.* vid. Socin. *reg.* 342. 23 Idem locum habet in principibus inferioribus superiorem non recognoscentibus. vide Rol. a Valle 1. *cons.* 29. *n.* 17. 24 Observa quibus de rebus hac constitutione agatur. 25 Dixi de hac sententia ad *Novell.* 105. *c.* 2. § 1. *cerca fin.* ut breviter interea notemus, Nihil hic aliud dici, quam quod omnia tam fisci quam patrimonialia (de his enim tantum hic lege agitur) principis esse intelligantur: alias quæ quisque privatus possidet, principis fiunt nudo imperio, non dominio. Scit Tertul. *lib. de Idololatria*, hanc adulatorum ferocem sententiam pie sic eludit. Quid ergo inquit, *Dei, si omnia sunt Cæsaris?* 26 *l.* 31. *ff. de legibus. c.* 6. *in fin. ff. de rem fisc. confis.* (quod hic inflectitur ad 30. annos) prædia fua vindicare poteft, ne quidem reftitutis etiam pretio. 27 Imo non eadem utiur. *l.* 56. & 57. *ff. de legat.* 2. 28 Curatores vel procuratores rerum principis non cavent de evictione rerum a principe distractarum: & merito, cum emptores statim securi fint. *l.* 13. *fupr. de non numerata. l.* 2. *infr. de disfcriptis. lib.* 10. *tit.* 30. *l.* 11. *infr. de fufceptoribus. lib.* 10. *tit.* 70. 29 Magnum medium est inter privatam fortunam & regale culmen. 30 Observa regulam. 31 Id est, jussu, quidam legunt *epistagmate.* 32 Vide *l.* 93. *ff. de verb. sign.* 33 De quibus aliis dixi. 34 Privatus adversus fiscum litigaturus, ab eodem fisco (licut libertus a patrono) veniam petere debet. Bald. *cons.* 432. Bart. *consil.* 18. Romanus *singul.* 9. 35 Principes locis & pertionis religiosis maxime donare folent. 36 Principes habent multa privilegia. 37 *l.* 34. § *ult. de donationibus.* 38 *l. pen.* §. *de donationib. int. vir. l.* 7. §. *de don. que liberis.* 39 Privilegorum caufæ.

40 Id est, Principis private. 41 *l.* 2. *J. eodem.* Templa paganorum intelligunt, quæ principes & imperatores facki Christiani nonnunquam vendebant, ut & eorum jura. *l. ult.* J. *de fund. patrimonialibus. lib.* 11. *tit.* 61. *l.* 6. *J. de omni agro. lib.* 11. *tit.* 58. *l.* 1. *tit. de diverf. pract. urban. & rust. templ. lib.* 11. *tit.* 69. *l.* 1. *C. Theod. de fide catholica.* 42 Servi liberti & coloni principis ab ejus possessione recedentes, & ad aliquam dignitatem obrepentes, ad statum pristinum reurahiuntur omni præscriptione semota. vid. *l.* 5. *comm. de usucapionibus.*

Res emphyteuticariæ Cæsaris, reipublicæ, vel templorum, nullo titulo oneroso, vel lucrativo alienari possunt, ut præscribantur. Bald.

2. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. Dextro Comiti rerum privatarum.

UNiversas terras, quæ a colonis, sive emphyteuticariis dominici [1] juris, Reipublicæ [2], vel juris sacrorum [3] templorum in qualibet provincia venditæ, vel ullo alio pacto alienatæ sunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente jubemus restitui: ita ut nec [4] pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Dat. 5. Nonas Jul. *Constantinop.* VALENT. A. IV. & EUTROPIO CONSS. 387.

Deminutio census soluti ad modum consuetum reducitur, rescripto obtento illicito non obstante. Jacob. But.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Paulinum Com. dominicæ rei.

SI qua [5] [unquam] loca ad sacrum dominium pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: secundum veteris census fidem in sua jura retrahantur. Rescripta [6] igitur obreptionibus impetrata, cum præscriptione longi temporis, & novi census præjudicio submovebit auctoritas tua: atque ita omnia suo corpori, quæ sunt avulsa, restituet: neque enim incubatio [7] diuturna aut novella professio, proprietatis nostræ privilegium abolere poterit. Dat. 5. Kal. April. ARCADIO V. [8] & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XXXIX.
DE PRÆSCRIPTIONE XXX. [9], VEL XL. [10] ANNORUM [11].

Fundus ob tributa non soluta venditus, si in venditione non fuerint servata, vel non intervenerint a jure requisita, vindicatur, nisi triginta annis sit præscriptus. Salic.

1. Impp. DIOCLET. [12] & MAXIM. AA. Arianæ.

CUm adseveres, te absente, eos qui oculos [13] prædiis tuis imposuerant, operam dedisse, ut annonariæ [14] collationis prætextu, vili pretio ab officio Præsidiali prædia tua distraherentur; si legitimi [15] temporis spatium ex venditionis die fluxit: qui provinciam regit, inter vos cognoscet, & quod publico jure præscriptum est statuet. Sin autem nondum ex die publicæ venditionis legitimum [16] tempus transmissum sit: Judex examinatis allegationibus tuis, quod rei qualitas dictaverit, sequetur: non ignarus si injustam esse emptionem perspexerit, pretium quod pro vitioso contractu datum est, secundum principalium statutorum tenorem malæ fidei emptoribus restitui [17] non oportere.

2. Impp. VALENT. [18] & VALENS AA. ad Volusianum P. P.

MAle agitur cum dominis prædiorum, si tanta precario [19] possidentibus prærogativa defertur, ut eos post [20] quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat: cum lex Constantiniana jubeat ab [21] his possessoribus initium non requiri, qui [22] sibi potius quam alteri possederunt [23]. Eos autem possessores non convenit appellari qui ita tenent, ut ob hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor [24] accedit, diu alienas res tenendo jus sibi proprietatis usurpet: ne cogantur domini, aut amittere quæ locaverunt, aut conductores utiles sibi fortassis excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari. Dat. 8. Kalend. August. VALENTIN. & VALENT. CONSS. 365.

Omnes actiones, quæ minori tempore non sunt limitatæ, triginta annorum præscriptione tolluntur. Salic.

3. Impp. HONOR. [25] & THEODOS. [26] AA. Asclepiodoto P. P.

SIcut [27] in rem speciales, ita de [28] universitate, ac personales actiones ultra triginta annorum spatium minime protendantur: sed si qua res, vel jus aliquod postuletur, vel persona qualicunque actione, vel persecutione pulsetur: nihilominus erit agenti triginta annorum præscriptio metuenda. † Eodem [29] etiam [jure] in ejus persona valente, qui pignus, vel hypothecam non a suo debitore, sed ab alio [per longum tempus] possidente nititur vindicare. † Quæ ergo antea non motæ sunt actiones, triginta annorum jugi silentio, ex [30] quo jure competere coeperunt, vivendi [31] ulterius non habeant facultatem: nec sufficiat precibus [32] oblatis speciale quoddam (licet per annotationem) promeruisse responsum, vel etiam [in] judiciis allegasse: nisi allegato sacro rescripto, aut in judicio postulatione deposita, fuerit subsecuta [per executorem] conventio: non sexus fragilitate, non absentia, non militia contra hanc legem defendenda, sed pupillari ætate duntaxat [33] (quamvis sub tutoris defensione consistat) huic eximenda sanctioni. Nam [34] cum ad eos annos pervenerint, qui ad solicitudinem pertinent curatoris, necessario eis similiter, ut aliis, annorum triginta intervalla servanda sunt. † Hæ [35] autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ videbantur, non illæ, quæ antiquis temporibus limitabantur. Post hanc vero temporis definitionem nulli movendi ulterius facultatem patere censemus, etiamsi se legis ignorantia [36] excusare tentaverit. Dat. 8. Kalend. Decemb. *Constantin.* VICTORE, & SYMMACHO CONSS.

Omnes actiones, etiam si jus publicum concernant, quæ triginta annis, vel pauciioribus non tolluntur, quadraginta annis excluduntur. Salic.

4. Imp. ANASTASIUS [37] A. Matroniano P. P.

OMnes nocendi [38] quibuslibet modis artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales [39] exceptiones quæ ex vetere jure, vel ex principalibus decretis descendunt, tanquam si per hanc legem specialiter, ac [40] nominatim fuissent enumeratæ, cum suo robore durare, & suum cunctis, quibus competunt, vel in posterum competere valuerint, pro suo videlicet tenore præsidium in perpetuum deferre decernimus. Quicquid autem præteritarum præscriptionum, vel verbis, vel sensibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valituram legem sancimus [41], Ut si quis contractus, si qua sit actio, quæ cum non esset expressim supradictis temporalibus præscriptionibus concepta, quorundam tamen vel fortuita [42], vel excogitata [43] interpretatione sæpe dictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic saluberrimæ nostræ sanctioni succumbat, & quadraginta annorum curriculis proculdubio sopiatur: nullumque [44] jus privatum *vel publicum* [45] *in quacumque* causa, vel quacumque persona [46], quod prædictorum quadraginta annorum extinctum est jugi silentio, moveatur: sed quicumque super quolibet jure quod per memoratum tempus inconcussum & fine ulla re ipsa illata judiciaria contentione possedit, superque sua conditione [47] qua per idem tempus absque ulla judiciali sententia simili munitione potitus est, sit liber, & præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus. Dat. 4. Kalend. *Constantinop.* * OLYB. V. C. CONSS.

5. Idem A. ad Thomam P. P. per Illyricum.

PRæscriptionem quadraginta annorum ab his, qui ad curiam [48] conditionem vocantur, opponi non patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli sancimus. Sacra etenim nostræ pietatis lex de aliis loquitur conditionibus: nec anterioribus constitutionibus per eandem novellam legem derogatur, quæ manifestissime curiales, & liberos eorum, explosis temporalibus præscriptionibus, patriis suis reddi præcipiunt.

Prædii tributarii dominium præscribi potest, canon ejus non potest.

6. Idem A. Leoni P. P.

COmperit nostra serenitas, quosdam sacratissimam nostræ pietatis constitutionem [49], quæ de annorum quadraginta loquitur præscriptione, ad præjudicium etiam publicarum [50] functionum solutionis trahere conari: &, si quid per tanti vel amplioris temporis lapsum minime, vel minus quam oportuerat tributorum nomine solutum est, non posse requiri, seu profligari contendere: cum hujusmodi conatus nullam temporis objicere possunt, qui tanquam conductores possident, qui non fibi, sed aliis possident. *Synopf. Basil.* 50. *tit.* 15. *cap.* 4. 24 *Theodosius A.* ita legendum est, ut hic. *Synopf. d. tit.* 15. *c.* 4. 25 *Theodosius A.* ita legendum est, ut hic. Cujacius *cap.* 30. *de præscript.* Theodos. A. A. *l. F. F. l.* 1. *C. Theod. de act. certa tempore finiendis.* Arcad. & Honor. *Hal.* 26 Janior scil. non Theodosius magnus, cujus constitutionem non habemus. Cujac. *hic. l.* 18. *observ.* 26. Est enim præscriptionis triginta annorum autor Theodosius magnus, ut fupius diximus. 27 Actiones in rem personales & mixtæ tollunur triginta annis. Vide Cuj. *c.* 30. *de præscript.* 28 Quæ περὶ καθόλου: ut in rem ἰδικαὶ. *Synopf. Basil. d. tit.* 15. *c.* 5. Goth. Explicationem hujus legis vide apud Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 22. Anf. 29 Præcriptio igitur 30. & 40. ann. non currit adversus pupillos, fed adultos. 30 *l.* 1. *in fin.* J. *de annuli except.* 31 Actiones vivere dicuntur. Actionibus sua vita est. 32 *l.* 2. §. *quando libell. princip. oblat.* 33 Præscriptio triginta annorum non currit adversus pupillos, etiamsi currat adversus minores viginti unique annis. vide tamen *l.* 5. §. *in quinus conf. in integr. restit.* 34 Pignus & hypothecam a tertio possessore creditor post longum tempus avocare non potest, *ut hic. Syn. Basil. d.* 5. vid. *l.* 7. *ff. h. t.* 35 Præscribuntur annis triginta hæ actiones quæ olim perpetuæ erant: non quæ antiquis temporibus circumscriptæ. 36 Juris ignorantia nocet, id est, non prodest. vid. Cujac. 5. *obf.* 39. 37 Anastasius autor præcipionis 40. annorum, *ut hic, & l.* 5. 6. J. *h. t.* 38 Ad intellectum hujus legis vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 23. Anf. 39 Quæ scil. triginta annorum non excedebant. 40 Ut *l.* 2. §. *de quadriennii præscript.* Claudius derogatoria flatutorum. 41 Præscribitur annis quadraginta omnis actio, quæ prava quorundam interpretatione annis triginta non est extincta, *ut hic. Synopf. d. tit.* 15. *c.* 6. & 1. Harm. 3. §. 74. 42 Græci τυχόντων, id est, qualemcumque appellant. 43 Excogitata interpretatio, fabulis & calumniis. 44 Inde colligunt, Male fidei possidorem jure civili præscribere. 45 *l. ult.* J. *de fund. patr. l. ult. infr. de fund. rei priv.* excipe tributorum causam. *l.* 6. J. *h. t.* 46 Ut si quis dicatur esse cohortalis. *l.* 12. J. *de cohortalibus.* servus navicularius, fabricensis, metallarius, mulierum, gynecearius, vel alterius cujuscunque conditionis. 47 Præscribitur flatus controversia annis quadraginta, *ut hic. Syn. d. c.* 61. 1. Harm. 3. §. 56. videtur & hoc dici: vindicationem in servitutem extingui, si quis annis quadraginta in possessione libertatis fuerit. Græci tamen servum fugitivum excipiunt; quando scil. non defitit potest. *l.* 2. §. *h. t.* 48 Curialis revocatur ad statum curiam, nihil eum juvante præscriptione quadraginta annorum, *ut hic, & l.* 55. J. *de decurionib.* vide *Novell. Majorianus de curialibus.* 49 *l.* 4. §. *h. t.* 50 Præscribi quadraginta annis publicæ functiones (quas Græci δημοσίας συντελείας καὶ πολιτικὰς λειτουργὰς appellant) non possunt. *Syn. c.* 6. *in fin.* 1. Harm. 3. §. 58. & 74. & 2. *tit.* 1. §. 52. Imo possunt præterita tributa non exacta præscriptione quadraginta annorum adquiri. *l. ult. infr. de fundis patrimonialibus. Schol. Syn. d. c.* 6. 1. Harm. 3. §. 57. Distinguenda præterita fiunt a futuris: Nam futuri temporis functiones possunt etiam exigi post quadraginta annos, nisi fuerint possessori a principe donatæ. Scholiastes *illo loco.*

men manifestissime sensui propositoque nostræ legis obviare noscatur: Ideoque jubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum sine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri: functiones [1] autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impositam dependere [2] compelli, nec huic parti cujuscunque temporis præscriptionem oppositam admitti.

Actioni hypothecariæ ab extraneo possessore triginta annis præscribitur. Bart.

7. Imp. JUSTINUS A. Archelao P. P.

CUm notissimi juris sit, actionem hypothecariam in extraneos [3] quidem suppositæ rei detentatores annorum triginta finiri spatiis [4], si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est, etiam per solam conventionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur, in ipsos vero debitores, aut heredes eorum primos vel ulteriores nullis expirare lustrorum cursibus: nostræ provisionis esse perspeximus, hoc quoque emendare, ne possessores ejusmodi prope immortali timore teneantur. §. 1. Quamobrem jubemus hypothecarum [5] persecutionem quæ rerum movetur gratia, vel apud debitores consistentium, vel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos ex quo competere cœpit, prorogari [6], nisi conventio [7], aut ætas (sicut dictum est) intercesserit: ut diversitas utriusque rerum persecutionis quæ in debitorem, aut heredes ejus, quæque movetur in extraneos, in solo sit annorum numero: verum in aliis omnibus ambæ similes sint: in actione scilicet personali his custodiendis quæ prisca constitutionum sanxit justitia. §. 2. Sed cum illud etiam in forensibus controversiis ventilabatur, an creditor anteriora jura prætendens poteat posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem [8] debitoris obtinentem, eique possidentem: necessarium duximus, & hoc dirimere. Et fancimus [9], donec communis debitor vivit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni: quia dum ille vivit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem ejus possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit, ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum opponere præscriptionem: & secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos [per] quos ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin [10] autem conjungere voluerit suæ possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipse creditor, vel communis debitor detinuit, tunc quadraginta annorum exceptionis jura tractari, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor creditorem repellere poterat, hoc se possedisse ostendat. §. 3. Eodem jure pro temporum computatione observando, & si posterior creditor anteriori creditori offerre [11] debitum paratus est, & is creditor longævam possessionis præscriptionem ei opponere conatur. §. 4. Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in [12] quibus sub aliqua conditione, vel sub die certa vel incerta, stipulationes, & promissiones, vel pacta ponuntur, post conditionis exitum, vel post institutæ diei certæ, vel incertæ lapsum, præscriptiones triginta, vel quadraginta annorum, quæ personalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Unde evenit, ut [13] in matrimoniis, in quibus redhibitio detis [14], vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis, vel repudii differri solet, post conjugii dissolutionem earundem curricula præscriptionum personalibus itidem actionibus, vel hypothecariis opponendarum initium accipiant. §. 5. Immo & illud proculdubio est, quod, si [15] quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine [16] violentia tenuerit [17]: per hanc detentionem interruptio [18] fit præteriti temporis, si minus effluxit triginta, vel quadraginta annis: & multo magis, quam si esset interruptio per conventionem introducta: cum litis [19] contestationem imitetur ea detentio. Sed, & si quis debitorum ad [20] agnoscendum fuum debitum fecundam [21] cautionem in creditorem expofuerit: tempora memoratarum præscriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ scilicet innovata permansit tam in personalibus, quam in hypothecariis actionibus. Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui ne [22] sub accusatione creditoris [23] more debitoris fiat, fecundam in eum super eodem debito cautionem expofuit. §. 6. In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos [24], vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est: nulla scilicet danda licentia vel ei, qui jure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quoscunque alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse: cum in eodem statu semper manere datas jure emphyteutico [25] res oporteat: vel conductori, seu procuratori rerum alienarum dicenti ex quocunque temporum curriculo non debere se domino volenti post completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere. Dat. Kal. Decemb. PHILOXENO, & PROBO CONSS. 525.

Præscriptione longi temporis quæritur præscriptori jus rem vindicandi a quocunque possessore. Salic.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI [26] quis emptionis, vel donationis, vel alterius cujuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem, vel viginti annos possederit, & longi [27] temporis exceptionem [28] contra dominos ejus, vel creditores [29] hypothecam ejus prætendentes sibi adquisierit, posteaque fortuito [30] casu possessionem ejus rei perdiderit: posse cum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere sancimus: hoc enim & veteres leges (si quis eas recte inspexerit) sanciebant.

§. 1. Quod si quis eam rem desierit possidere, cujus dominus, vel is, qui suppositam eam habebat, exceptione triginta, vel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium non indiscrete, sed cum moderata divisione ei præstari censemus: ut si quidem bona [31] fide ab initio eam rem tenuerit, simili possit uti præsidio: sin vero mala [32] fide eam adeptus est, indignus eo videatur: ita tamen, ut novus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit, vel suppositam eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est; commodum detentionis sibi acquirat. Sin vero nullum jus in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino, vel creditori, qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit, & heredibus eorum ab injusto detentatore eam vindicare; non obstante ei, quod prior possessor triginta, vel quadraginta annorum exceptione eum removerat: nisi ipse injustus possessor triginta, vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui evincit, ea possessione cecidit, exceptione munitus est.

§. 2. Sed hæc super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nan si quis violenter [33] eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vindicare. §. 3. Sed & si quis non per vim, sed per sententiam judicis eam obtinuerit, ea tantum occasione quod absens [34] prior possessor ad litem vocatus minime [35] responderit: licebit ei, & ad similitudinem cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipiendæ litis danti, eandem res recipere, superque ea cognitionalia subire certamina. §. 4. Exceptionem [36] etiam triginta, vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus uferæ [37] promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persolvit. Dat. 3. Id. Decembr. *Constantinop.* DN. JUSTIN.

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos XL. *perpetuatur.* Bald.

9. Idem A. Demostheni P. P.

SÆpe quidam suos obnoxios [38] in judicium vocantes, & judiciariis certaminibus ventilatis [39], non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam fore fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (cum sortes [40] humanæ multæ sint) qui nec dici, nec numerari possunt, deinde jure suo lapsi esse videbantur, eo quod post cognitionem novissimam [41] triginta annorum spatium effluxerit, & hujusmodi exceptione opposita, suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in hujusmodi casu opponi minime patimur. Sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta [42], eam tamen in quadragesimum annum extendimus: cum non [43] similis sit, qui penitus ab initio tacuit ei, qui & poltulationem depofuit, & in judicium venit, & subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati hujus causæ cursum eum relinquere posse definimus, ut ejus heredibus, vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatium) ex eo numerari decernimus, ex quo novissima processit cognitio, postquam utraque pars cessavit.

1 Lex 4. *supr. h. t.* qua dictum fuit juri publico quadraginta annis præcribi, non pertinet ad publicas functiones, *ut hic*, sed ad possessiones & dominia, *supr. h. t.* sed tamen Cujacius *c.* 31. *de præsc.* notat ex Theodoro & Accursio & ex *l. ult. infr. de fundis rei privatæ*, eum qui fine canone agrum principis acceperit & quadraginta annis possederit, nullo canone soluto, nec de agro, nec de fundo convenit porro. 2 *L. 2. supr. comm. de usuc.* 3 Hypothecariam creditor movere potest intra quadraginta annos adversus debitorem: intra decem vel viginti, adversus extraneos bona fide possidentes: intra triginta si mala fide possideant. *Syn. Basil.* 50. *tit.* 15. *c.* 17. Scholiast. *Syn. 6. tit. 6. ex lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 7. & 1. Harm. 7. *cap.* 63. 4 Dic *ut J. h. t.* §. 1. 5 Jus hypothecæ quadraginta annis præcribitur, *ut hic*, & ita citius periit personalis quam hypothecaria: principalis quam accessoria. 6 Hypothecæ præcriptio conventione ut & ætate impediri potest. 7 Ὁμολογία vocant Græci interruptionem. *Syn. d. c.* 7. 8 Posterior creditor rem pignoratam priori creditori tenens, imaginem principalis debitoris obtinet. 9 Quanto tempore fecundus creditor rem priori creditori pignoratam tenens præcribat adversus priorem, vide apud Wurm. 1. *practic.* 28. *c.* 3. 10 Hypothecariam actionem fecundus creditor hypotheam teneus, adversus primum creditorem, hon est, adversus creditorem priorem tempore, fen a quo tempore fuperatur, præcribere quadraginta annis poteft, donec communis debitor vivit: triginta annis vero debitore mortuo. *Syn. & Schol.* Harmen. *dictis locis.* 11 Jus offerendi præcriditur quadraginta annis: adde *l. ult. J. de his qui in prior. cred. locum.* 12 Præcriptio in obligationibus conditionalibus & in diem, incipit currere adveniente conditione, vel die, *ut hic*, id eft, postquam conditio extitit, & dies lapfa eft. *Synopf. Basil. d. c.* 7. non ante. Cur? præcriptio non currit antequam incipiat actio competere. *l. 8. in fin. J. h. t.* vide Balbum 6. *de præscr.* 1. *num.* 16. 13 Præcriptio dotis & donationis propter nuptias, mulieri currere incipit post conjugii dissolutionem. *Syn. d. c.* 7. 14 *l.* 30. §. *& l.* 43. *in fin. ff. de iure dot.* 15 Præcriptio non opponitur ei qui fine vi res fibi pignoratas tenet, *ut hic. Syn. d. c.* 7. Quid fi debitor fecundam cautionem expofuerit ad debitum fuum recognofcendum? præcriptionis tempus rurfus interrumpit. 16 *l.* 5. *J. de except.* 17 Per adprehenfionem rei obligatæ interrumpitur præcriptio. 18 Quæ ἀγχωμοῖς Græcis, ut dixi *supr.* 19 Litis contestationem imitatur detentio. 20 *l.* 18. §. 1. *ff. de confitutis pecunia.* 21 Iteratam cautionem Græci vocant γνωσιμαχωνίαν ἀσφάλειαν. Ac fimiliter in *l.* 4. §. *de advoc. diver. judic.* apud patronum fifci fieri alia γνωσιμαχωνίαν. Cuj. 13. *obferv.* 4. Debiti nova cautione interrumpitur præcriptio. 22 *Nec debitoris, fed ne fub accufatione more fui*, ita legit Cuj. 18. *obf.* 22. *in fin.* 23 *Debitoris*, Cuj. *d. loco.* 24 In obligationibus annuis, vel menfruis, non initium obligationis, fed ceffationis infpicitur. hoc eft, in annuis legatis computatur tempus, non ex quo relicta fuerint, fed ex quo inftituta fuerit actio: quæ quidem in fingulos annos nafcitur. *Syn. d. c.* 7. *in fin.* 25 Teneus ut emphyteuta vel colonus non præfcribit. vide *l.* 1. §. *in quibus caufis ceffat. l.* 1. §. *comm. de usuc.* 26 *Syn. ibi loco, c.* 8. 27 Qui rem longi temporis præfcriptit, jus habet vindicandi. 28 De exceptione peremptoria, vide Oldend. *c.* 43. *de exception.* 29 *l.* 1. *ff. de Publ. in rem.* 30 Jus fuperficiis, vide Oldend. *c.* 43. *de exception.* 31 Bonam fidem qui ab initio habuit, jus rei detinendæ & vindicandæ longiffimo tempore præcriptit. Vindicandæ, inquam, adverfus omnes, ne quidem excepto domino & creditore. Malæ fidei namque poffeffor adverfus dominum rei non præcriptit. Siet tamen res immobiles annis triginta præcribimus & utile dominium rei adquirimus. 32 Malam fidem habuerimus. Et hoc præcriptio longiffimi temporis dicitur. 33 Bonam fidem habuerimus. Et hoc præcriptio longiffimi temporis dicitur. 34 Ab ipfo qui habuit, non tantum jus retinendæ rei habet, *ut hic*, fed & vindicandi certis cafibus: puta a violento, fcil. poffeffore. §. 2. *J. h. t.* & in cafu §. 3. *J. h. t.* 35 Ob contumaciam poffefforis malæ fidei actor miffus eft in poffeffionem rei? *Interdum* poteft malæ fidei poffeffor rem recuperare. 36 De exceptione contumacia, vid. Oldendorp. *c.* 29. *de exception.* 37 *L. 1. ff. ex quibus caufis major.* 38 *Syn. ibi c.* 9. 37 Præfcriptio ufuraram incipit currere ab eo tempore, quo deberi ceperint. 38 Id eft, debitores. 39 Id eft, mortis. *Syn. ibi c.* 10. 40 Sortes humanæ multæ, *l.* 15. *l.* 16. §. 1. *ff. de ufufructu.* 41 Cognitio novissima, id eft, ultima. *Nov.* 60. *c.* 2. §. 1. *verf. cum vero.* 42 Per litis contestationem perpetuatur actio ad quadragesimum usque annum. vide Cujac. *c.* 1. *de præscript. & l.* 18. *observ.* 3. *cap.* 3. *de l.* 1. §. *de præscript. longi temporis.* Goth. Secus Jure Canonico, *cap. cognitis.* 5. *cap. 3. diligenti.* 17. *cap. fin. extr. de præscript.* Anf. 43 Aliud eft ab initio tacere & ex post facto. Paria non funt ab initio nullam actionem movere, & ad inftitutam contumaciam cafu impediri. adde *Syn. d. c.* 10.

TIT. XL.
DE ANNALI [1] EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDA, ET DIVERSIS [2] TEMPORIBUS, ET EXCEPTIONIBUS, ET [3] PRÆSCRIPTIONIBUS, ET INTERRUPTIONIBUS EARUM.

Exceptione annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tolluntur. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SUper annali [4] exceptione, quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus judiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. † Primum etenim natura ejus observationis cum omni scrupulositate, & difficultate composita est, cum multa concurrere debeant, ut ea nascatur. Deinde illud spatium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut [5] possit usque ad decennium extendi. Alii judicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt. Et in nostris temporibus sæpius super hujusmodi calculo a judicibus variatum est: unde nec facile suum effectum in litigiis ostendere hujusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones vel præscriptiones sufficiant: hujusmodi difficultatibus illigari nostro subjectos imperio minime patimur. Ideoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones, & præscriptiones in judiciis suum vigorem ostendant: five quæ super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductæ sunt, five quæ minoribus spatiis concludantur. §. 1. Ad hæc cum nihil prohibet etiam ea, quæ altquam dubitationem acceperunt, clarioribus, & compendiosis sanctionibus renovari: jubemus omnes personales [6] actiones, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui & veteribus, & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola [7] hypothecaria [actione] quadraginta annorum utente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ ercicfcundæ, neque communi dividundo, neque finium regundorum, neque pro focio, neque [8] furti, neque vi bonorum raptorum, neque [9] alterius cujuscunque personalis actionis vitam [10] longiorem esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab initio competit, & semel nata est, & non iteratis fabulis sæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, post memoratum tempus finiri: exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quæ in judicium deductæ sunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & postea silentio traditæ sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo novissimum litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgavit. §. 2. Ne autem imperfecta sanctio videatur, cum in maternis [11] quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo sacris [12] paternis absoluti sunt, in aliis autem, quæ minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamilias [13] in omnibus his casibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi [14] ex quo actionem movere potuerunt, id est, postquam manu paterna, vel ejus, in cujus potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minime adimplere lege obviante [15] valebant. Dat. 15. Kal. April. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si possessor præscribens convenire non potest propter absentiam, potentiam, infantiam, vel furorem, potest fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, vel episcopo, vel defensori loci. Bald.

2. Idem A. Joanni P. P.

UT perfectius omnibus consulamus, & nemini absentia, [16], vel potentia, vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides [17], & vigilantes differentia: sancimus, si [18] quando abfuerit is, qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & desiderat dominus rei, vel creditor suam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente fuo adversario, qui rem detinet, vel infantia [19], vel furore laborante, & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in magna potestate constituto, sua auctoritate [eas res usurpare]: licentia ei detur adire Præsidem [provinciæ], vel libellum ei porrigere & hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo Præsidem adire, saltem ad locorum Episcopum eat, vel Defensorem civitatis, & suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet. Sin autem abfuerit, vel Præses, vel Episcopus, [vel Defensor civitatis]: liceat ei proponere [20] publice, ubi domicilium habet possessor, seu cum Tabulariorum subscriptione; vel si civitas Tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione: & hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta, vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quæ de longi temporis præscriptione, vel triginta, vel quadraginta annorum curriculis constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive a nostra [21] majestate, in suo robore duraturis.

Generalis petitio re, quantitate, vel causa, citatione secuta sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus, quæ sub illa petitione possunt includi. Salic.

3. Idem A. Joanni P. P.

SI [22] ex multis causis quidam obnoxium habens, & maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causæ summa libellum conventionis composuerit, causam tamen non expresserit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in judicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut omnino nihil fecisse, cum ejus sensus incertus esse apparebat? Sed & in judiciis in multis casibus tales altercationes ventilatas invenimus, & maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, *obnoxium sibi aliquem constitutum* [23], aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones hujusmodi narratione contineri credantur: an vero quasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei adquisito. Sancimus itaque [24] nullam in judiciis in posterum locum habere talem confusionem: sed qui [25] *obnoxium suum* in judicium clamaverit [26], & libellum conventionis ei transmiserit, licet [27] generaliter nullius causæ mentionem habentem, vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem, nihilominus videri jus suum omne eum in judicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra [28] defides homines, & sui juris contemptores odiosæ [29] exceptiones oppositæ sunt. Dat. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLI.
DE ALLUVIONIBUS [30], ET PALUDIBUS, ET PASCUIS [31] AD ALIUM STATUM TRANSLATIS.

Flumen alio avertere est prohibitum: ripam autem præmunire est permissum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Marco.

QUamvis fluminis naturalem cursum opere manufacto alio non liceat avertere [32], tamen ripam [33] suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est. Et cum fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit: ager, quem circumit [34], prioris domini manet. Quod si paulatim [35] ita auferat, ut alteri parti applicet: id alluvionis jure ei quæritur, cujus fundo accrescit.

2. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæsario P. P.

HI, quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores [36], pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium deminutum [37], alieno saltem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant devotioni.

Latentia incrementa ad fiscum non pertinent, nec separatim pro his census exigitur. Bald.

3. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

EA [38], quæ per alluvionem [39], [sive in Ægypto per Nilum, sive in aliis provinciis per diversa flumina] possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque a quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones [40] exigi, hac perpetuo valitura lege sancimus: ne vel alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus videamur inducere. † Similiter [41] nec ea quidem, quæ paludibus antea, vel

1 Actiones personales in Italia, præcriptione annis sublimovebantur. Hæc præscriptio a Justiniano tollitur: uti paulo post plenius dicetur: adde *Synopf. Basil.* 59. *tit.* 15. *c.* 1. 2 Dixi ad *L.* 44. *D.* 3. 3 *Vel, ut l.* 1. *verf. cum itaque. J. h. t.* Cujac. *hic*, 4 Annus triplex nobis observandus, utilis, continuus, (qui & Constantinianus,) Justinianeus. Utilis utilibus: & continuus continuis diebus conflat: Justinianeus certis annis finitus est, utiles dies dicebantur quibus quis experiri atque agere potuit. talibus diebus (utilibus scil.) 365. annis utilis constabat. *l.* 1. *ff. de diversis temporalibus præscript. l.* 11. §. 5. *ff. & l.* 6. *J. ad l. Jul. de adult.* fic cretionum dies fen cernendæ & adeundæ hereditatis in diebus conflabat quibus quis fcit, poteftque cernere. Cicer. *de erat.* Ulp. *in frag.* Qua in denumeratione anquifito varia & anxietas fumma occurrebat. Primum enim dies quibus Prætor, Judexque fedifter, fiuque coplam fecifler aduris, diftinguendi erant a cæteris, ut & feriati a faftis, nefaftis & intercifis. ut hoc conflarent, quærebatur amplius an actor, reusve potefftatem eo tempore non habuiflet juris fui perfequendi five id per Prætorem non liceffet, five per occupationes proprias, morbi, juftæ ablentiæ & fimiles. Nec enim fufficiebat prætorem fedifte illis diebus, hoc eft, dies feftionum fuifte (dies feftionum erant, fi fponte fua rem poffidere defierit, non amplius exceptionem habuerit. Schol. *d. c.* 8. 31 Bonam fidem qui ab initio habuit, jus rei detinendæ & vindicandæ longiffimo tempore præcriftit. Vindicandæ, inquam, adverfus omnes, ne quidem excepto domino & creditore. Malæ fidei namque poffeffor adverfus dominum rei non præcriftit. Siet tamen res immobiles annis triginta præfcribimus & utile dominium rei adquirimus. 32 Malam fidem habuerimus. Et hoc præcriptio longiffimi temporis dicitur. 33 Bonam fidem habuerimus. Et hoc præcriptio longiffimi temporis dicitur. 34 Ab ipfo qui habuit, non tantum jus retinendæ rei habet, *ut hic*, fed & vindicandi certis cafibus: puta a violento, fcil. poffeffore. §. 2. *J. h. t.* & in cafu §. 3. *J. h. t.* 35 Ob contumaciam poffefforis malæ fidei actor miffus eft in poffeffionem rei? *Interdum* poteft malæ fidei poffeffor rem recuperare. 36 De exceptione contumacia, vid. Oldendorp. *c.* 29. *de exception.* 35 *L. 1. ff. ex quibus caufis major.* 38 *Syn. ibi c.* 9. 37 Præfcriptio ufuraram incipit currere ab eo tempore, quo deberi ceperint. 38 Id eft, debitores. 39 Id eft, mortis. *Syn. ibi c.* 10. 40 Sortes humanæ multæ, *l.* 15. *l.* 16. §. 1. *ff. de ufufructu.* 41 Cognitio noviffima, id eft, ultima. *Nov.* 60. *c.* 2. §. 1. *verf. cum vero.* 42 Per litis contestationem perpetuatur actio ad quadragesimum usque annum. vide Cujac. *c.* 1. *de præscript. & l.* 18. *observ.* 3. *cap.* 3. *de l.* 1. §. *de præscript. longi temporis.* Goth. Secus Jure Canonico, *cap. cognitis.* 5. *cap.* 3. *diligenti.* 17. *cap. fin. extr. de præscript.* Anf. 43 Aliud eft ab initio tacere & ex post facto. Paria non funt ab initio nullam actionem movere, & ad inftitutam contumaciam cafu impediri. adde *Syn. d. c.* 10.

nor. v. l. 5. §. *quib. non obvicitur.* 10 Actionis vitia. *l.* 3. §. *de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* 11 *l.* 1. *in fin.* §. *de bon. matern.* 12 Sacra paterna quid, dixi in *l.* 10. §. 1. *J. de adopt.* 13 Filiofamilias non valenti agere, non imputatur præcriptio. *Bald.* 14 *l.* 3. §. *de præscr.* 30. *vel. l.* 4. §. *de bon. quæ liber.* vid. Wurm. 1. *practi. c.* 6. *obf.* 17. adde Pap. 3. *net.* 9. 15 Lege impediente agi non poteft. 16 Vid. *l.* 1. *ff. fi mulier ventr. nomine. l.* 1. *l.* 121. *D. ex quibus caus. major.* 17 Defides a vigilantibus diftinguendi: hi pœnas illorum pati non debent. *l.* 3. *in fin. J. h. t.* vid. *l.* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. credit.* vid. *l. ult.* §. *depofit.* 18 Vid. *l.* 31. §. *de epifc. aud.* 19 *l.* 2. *in fin. ff. ex quibus caufis major. l.* 4. *l.* 22. *ff. de in jus vocando.* 20 *l.* 4. §. 5. *ff. de damno.* dini ad *Nov.* 112. *c.* 3. Cujac. 7. *obf.* 15. 21 Libellus principi datus litis contestationem in aliis cauti, quam annalibus facit. 22 Si quis multas actiones habens, de aliquibus libellum obtulerit, omnes perpetuas reddit. Quin qui perfonales & de proprietate & hypothecarias actiones habet: & libellum offert, quo continetur, cum perfonales actiones inftituere, vel de proprietate, vel hypothecarias, non tamen ei nocebit aliarum omiffio, *ut hic. Synopf. Basil.* 50. *tit.* 15. *cap.* 1. 23 Nulla qualiuate adjecta. 24 Hæc eft una e 45. ex 50. novis decifionibus Juftiniani, ut videre eft apud Inglois *decif.* 45. & agit de præscriptione mere odiofa. *ibid. n.* 2. Anf. 25 Regulam obferva. 26 Proclamaverit, id eft, vocaverit. 27 Petitio generalis citatione fecuta ad interrumpendam præfcriptionem in omnibus quæ fub illa petitione poffunt includi fufficit. 28 Præfcriptiones inventæ adverfus defides & fui juris contemptores. *l.* 2. *in pr. fupr. h. t.* adde *l. ult.* §. *depofiti.* 29 Odiofæ funt præfcriptiones.

30 *Eclog.* 12. *&* §. 20. *Inftit. de rer. divif. l.* 7. §. 1. *l.* 30. §. 2. 3. *ff. de adq. rer. dom.* adde *Nov. Theod. de alluvionib.* 31 Adde *l.* 30. *in fin. ff. de verb. fign. l.* 11. *tit.* 60. 61. 32 Naturales cursus fluminis avertere non licet. vid. *ff. de flumin.* 33 Ripam fuam adverfus impetum fluminis munire permiffum. 34 Et infulam facit, *l.* 7. §. 1. *ff. de adq. rer. l.* 30. §. 2. *ff. de adq. rer.* 35 *l.* 7. §. 1. *ff. de adq. rer.* 36 Alluvione cui emolumentum accifcitur, eidem onus tributi adcrefcit. 37 Deluvione cui quid diminutum, eidem tributi onus decrefcit. *l.* 4. §. 1. *ff. de cenfibus.* 38 Hæc lex extat apud Aggenum Urbicum. *lib. de limit. agror.* citatuque ex C. Theod. integra. 39 Alluvionis incrementum per fe non eft cenfendum, fed unum corpus cum eo cui cohæret, judicandum. 40 Alluvione qui quocunque loco, terram quæfiverunt, ejus domini fiunt, nec ipfius nomine functiones fifco præftant, *ut hic. Synopf. Basil.* 50. *tit.* 12. *c.* 20. 41 Paludibus obruta loca, vel pafcuis aufcripta, poffefforum fumptibus fertiliffima facta a functionibus immunitatem habent: pœna quinquaginta librarum auri in temeratorem hujus legis conftituta. *Syn. d. cap.* 2.